






604.

1592

2



DISPUTATIO XXIII.  
 EX TIT. XXV. LIB. III. IN-  
 STIT. LAUDATISS. IMP.  
 IVST.  
 DE  
 LOCATIONE, CON-  
 DUCTIIONE, ET  
 EMPHYTEVSI.  
 ad quam  
 D. A. G.  
 Præsides  
 DN. HIEREMIA SETZERO  
 Respondebat  
 SALOMON VVEYMAN.

1.5.

92.



Francofurti Typis Scirrjanis.





NOBILITATE GENE-  
RIS, ERVDITIONE ET VIR-  
tutum ornamentis præstan-  
tiss: juvenibus

DN. FRIDERICO à BIRCK-  
HOLTZ, &

DN. LADISLAO à CRV-  
MEN AVV.

Honoris & benevolentiaë  
ergò

Hasce suas assertions  
DD.

Salomon VVeyman. Sil.

Disputatio X X III.

De locat. conduct. & emphyt.

CONTINUATIO.

Cum haecenus de primo contractu qui solo consensu perficitur, actum sit: Sequitur nunc, ut de secundo, videlicet, locatione et conductione paulisper subiungamus.

Thesis I.

Locatio & conductio est contractus iurispergentium, nominatus, bonae fidei, consensu constans, quo aliquid utendum vel faciendum pro certa mercede datur. A.

A. Cuiac. lib. 2 obs. c. 23. VVesenb. in paratt. D. loc. & cond. n. 3.

II.

Fitque vel expresso. B. vel tacito contrahentium consensu. C.

B. l. 1. D. h. tt. n. C. l. item queritur. §. in fine cum l. seq. D. eod.

III.

Expresso, quando verbis expressis partes conveniunt de re aliqua constituta certa mercede de locanda: tacito, quoniam conductor finito tempore locationis retinet rem locatam sine nova conventionione. D.

D. d. l. item queritur h. tt. n.

IV.

Locari res possunt tam mobiles, quam immobiles, tam propriae quam alienae, E. corporales aequae ac incorporales. F.

E. l. Si tibi alienam 7. h. tt. n. fac. l. non solet. 39. D. eod. F. exempla sunt in pr. sup. de usu & hab. l. 7. D. usufr. l. si quis domum 9 §. 1. D. h. tt. n.

V.

Servitutes tamen, quae fundo debentur, non nisi cum fundo recte locari possunt. G. praediorum. Non igitur habenti praedium locari non possunt.

G. l. locare 44 D. h. tt. n. et ratio est, quia hae servitutes debent respicere utilitates

H. instit. h. tt. n. in pr. & in  
9 & quæ supra. l. z. in pr. l.  
25. in pr. D. eod. l. Si tibi po-  
licenda 24. D. præscrip. verb.

I. in pr. h. tt. n. vers. qua de  
causa. l. Si tibi polienda 24.  
D. præscrip. verb.

K. in pr. h. tt. n. l. z. D. eod.  
L. l. si quis conduxerit 46.  
D. h. tt. l. si quis 10. in fin.  
D. acq. poss.  
M. Item si precio 22. 6  
fin. cum l. seq. D. loc. quod  
tamen ita verum est, si dece-  
ptio sine dolo malo fiat, a  
quo virum bonum quam longissime  
abesse oportet, gl. l. semper D. R. l. si n.  
deceptio ex dolo venit  
at, de dolo actio erit, & contractus  
rescindetur, l. & ideo 26. D. loc. Idem  
si dolus in re ipsa est, nempe quia  
deceptio ultra dimidiam iusti precii  
partem intercessit, tunc enim revocari  
potest, l. si quis cum aliter 36. D. V. obl. l. 2. C.  
rescind. vend. Deinde illud negligendum  
non est, quod in faciendo precio tantum  
hoc dicatur: nam Æsopica illa fabula  
falso colore turis nititur, in qua emtor  
qui promiserat precii reliquum debiturum  
se, ac proinde ideo se reliquum non  
solvere dicebat, ut ne debeat re desineret,  
obstaculo venditori fraudem, respondit,  
in emtione & venditione licere  
contrahentibus se decipere: imo nec se  
decipere licet dolo malo ulla in re, &  
in precii conventionem multo minus. Cu-  
iac nov. 97. in fin.

N. ex doctrina Coras. lib.  
2. miscell. tur. civ. c. 1. 1. Ar.  
Pinell. in rep. rubr. p. 2. c. 3.  
n. 28 cum seqq. C. de rescind.  
vend.

O. l. j. & 2. D. si ager vecti.

## VI.

*Mercedem autem certam definiri in hoc con-  
tractu tam necessarium duxerunt esse iuris auto-  
res, ut sine illa locatio subsistere nequeat. H.*

## VII.

*Vnde si tantum dari promissum est, quantum  
post opus factum inter contrahentes convenerit,  
in aliud genus contractus degenerat. I.*

## VIII.

*In hoc quoque contractu iusta mercedis quan-  
titas requiritur: K. vno enim nummo conductio  
si fiat, nulla erit. L. ita tamen, ut contrahentibus,  
sicut & in emtione se invicem circumscribere  
permisum sit. M.*

## IX.

*Vtrum autem merces in pecunia numerata  
consistere debeat, an vero sufficiat, alias res  
fungibiles loco mercedis dari? apud interpp. con-  
vertitur. Nos, ut merces in pecunia numerata  
consistat in locatione minime necessarium esse,  
contra plerosque tuebimur. N.*

## X.

*Locatio tam sub conditione, quam pure, tam  
ad certum tempus, quam nullo tempore definita  
recte contrahitur. O.*

Vnde

XI.

Vnde hæc suboriuntur qq. Si nullum certum tempus in locatione expressum sit, quamdiu locatio duret? Et in rusticis prædiis in annum, in urbanis, quoad alteruter renunciet contractui, factam videri opinamur. P.

P. 1. si vno D. h. tt. n. 1. 4. D. usufr. l. ex emto § 1. D. act. emti las. in l. fin. n. 29. C. iur. emph. V. Ves. in parat. h. tt. n. 8. in fin.

XII.

Deinde an locatio ultra quinquennium vel decennium extendi possit? Et licet comm. placuerit, locationem ultra decennium non subsistere, sed hoc casu in aliud genus contractus incidere, Q. contrarium tamen defendere conabimur. R.

Q. per l. § 1. quod autem D. superficieb. R. § 1. quia locationis natura est, ut dominium non transferat. l. non solet 39. D. loc. cond. Quare secundum hanc contractus naturam contractum intelligi debet, nisi aliud fuerit conuentum. 2. Quia conductoribus etiam longissimæ possessionis adimitur præscribendi ius tanquam rei alienæ possessoribus. l. 2. C. præscript. 30. vel 40. an. Non iuvat dd. l. § 1. quod a. D. superficieb. quia Prætor ex longi temporis possessione non indistincte actionem realem dat, sed causa cognita, Vide V. Ves. in parat. D. h. tt. n. 8. Franc. Connan. lib. 6. com. iur. civ. c. 12.

XIII.

Diversum statuendum, si prædia in perpetuum fruenda tradantur, ita ut certa pensio eorum nomine quotannis præstetur. Tunc enim conventionem in emphyteusim incidere manifesti iuris est. S.

S. § adeo Inst. h. tt. n. 1. § D. si ager vectigal.

XIV.

Est autem Emphyteusis contractus iuris civilis T. stricti V. quores soli sive immobilis sub annua pensione in perpetuum colenda fruenda traditur, cum retentione tamē directi domini, alterius cuiusvis iuris in recipientem translatione facta. X.

T. d. § adeo. h. tt. n. 1. § ibidd. C. iur. emphyt. Br. & dd. in l. 5. D. iust. & iur. Dissentit Coras. lib. 1. miscell. iur. civ. c. 12. & in tr. de arte iur. p. 2. c. 9. in fin. V. Spec. in tit. de locat. § nunc aliqua ver. 3. & ibi lo. an. Andr. in addit. las. in l. 3. n. 76. C. iur. emphyt. Franc. Sarmient. lib. 3. select. interpret. c. 3. dissentit Connan. lib. 7. comm. iur. civ. c. 12.

Sarmient. lib. 3. select. interpret. c. 3. dissentit Connan. lib. 7. comm. iur. civ. c. 12. X. d. § adeo & d. l. 1. D. Si ag. vectig.

XV.

Quare ius suum alteri vendere, vel alio modo concedere, observata tamen formula l. fin. C. h. rit. proposita, potest. Y.

Y. Vide eleg. Franc. Sarmient. lib. 3. Select. interpr. c. 2. per tot.

A 3

Estq;

Z. V. Ves. in parat. D. si ager  
vestig. n. 2.

XVI.

Estq; duplex emphyteusis. Privata & Eccle-  
siastica. Privata, qn. aliquis priuatus vel laicus  
concedit rem propriam in Emphyteusin: Ecclesi-  
astica, qn. res ecclesiastica immobiles ab Oecono-  
mo & alijs administratoribus cum causa cogni-  
tione in Emphyteusin dantur. Z.

XVII.

Hac à priuata in eo differt, quod ultra secun-  
dum heredem non extenditur. A.

A. § Si vero, aut. de non  
alien. las. in l. 1. n. 26 & in  
l. 2. n. 202. C. iur. emphyt.  
Iul. Clar. in § emphyteusis q. 41. vers. 2. in fin. quanquam alius placent opinio Abb. in c. in presentia  
n. 25. probat. existimantis in hac quest. non ius civile sed Canon. adhibendum esse, quo statuitur, Epi-  
scopum in re Ecclesie danda in emphyteusin dispicere debere, an ad tempus, an vero in perpetuum da-  
ri debeat, quod si simpliciter dederit, æquum esse, ut & perpetua sit emphyteusis, & heredibus extraneis  
prosit. Cost. in l. c. iam 18. D. Sol. matr.

B. § scire autē nov. const. 7.  
C. l. 2. C. iur. emph.

XVIII.

Quod q; si emphyteuta intra biennium ca-  
nonem non solvat, cadat suo iure, B. cum in re  
profana triennium requiratur. C.

XIX.

Hic non incommode queri potest, ad quem  
periculum rei emphyteuticæ spectet? Et si quidem  
pactum de eo intercesserit, id omnino seruandum  
esse, sin minus, totius rei interitū ad dominū, pars  
tis verò ad emphyteutam spectare cum Iustin. as-  
serimus. D

D. § adeo. circa fin. h. tit. n.  
l. 1. l. 2. in pr. C. iur. emphy.

XX.

Ex quo dubitatum est: an propter casum  
contingentem Emphyteutæ canon remittendus  
sit? Et negatiuam tenentibus acclamamus. E.

E. per d. l. 1. C. iur. emphy.  
Nec obstat quod ob damnū  
in re conducta contingens  
remissio faciendā sit, puta  
cum res incendio perit. l. ex  
conducto 16. § cum quidam  
quia ad modicum quiddam teneatur, tum quod illum nummum, quem præstat, non pro mercede sed  
potius honoris causa dare censetur. Pan. c. propter, in fin. extr. h. tit. n. Cost. in l. si merces 25. §  
vis maior. D. locat. Contra Br. censuit, si pars rei emphyteuticæ tantum pereat, & ex reliqua parte Em-  
phyteuta non possit percipere id, quod æquet pensionem annuam, tunc remitti eam debere. Sed hæc  
sententia nullo iure comprobatur, generalibusq; Zen. verbis repugnat. in d. l. 1. C. iur. emph. itaq;  
sequenda non est.

Porro



XXI

Porro contractu perfecto conductor à locatore expelli non potest, nisi proprijs usibus rem accommodare velit, aut eam reficere, aut conductor male in re sibi locata versatus fuerit, F. aut pensionem intra biennium non solverit. G.

F. l. quæro 54. § inter D. la. ff. n. l. 3. C. eod.

G. d. § inter. l. cum domini § 6. l. pen. D. eod.

XXII.

Morte tamen conductoris aut locatoris contractus hic non finitur, sed heres intra tempus conductionis succedens, ex hoc contractu obligatus manet.

H. § fin. h. ff. n. l. viam 1. C. eod.

XXIII.

Parit hic contractus obligationem, ex qua due nascuntur actiones. Locati videl. & Conducti: quarum illa locatori, hæc conductori datur, utraq; in heredes transitoria. I.

I. d. l. viam 1. Sed addes 19 § ex conducto pen. D. eod.

XXIV.

In actionem locati veniunt petitio mercedis, K. unâ cum usuris post moram, L. damna, quæ dolo culpave conductoris contracta sunt, M. & interesse, si ante finitum locationis tempus sine causa rem deserat, N. & ex acto locationis tempore rei redditio. O.

K. l. legem. § 6. C. locat. L. d. l. quæro. l. præses. § 7. C. eod. M. si vulneraveris 45. D. h. n. N. l. si in lege 24. § si domus. l. si dominus 55. § fin. h. ff. n. O. l. si quis cognitionis C. eod. l. videamus. § pen. D. h. n.

XXV.

Actione conducti conductor agit ad hoc, ut re sibi locata uti liceat, vel solvatur id quod inters est. P. ut merces pro rata temporis remittatur, quo uti nequit, Q. ut præstentur damna vitio rei contracta, R. & similia, quæ locatorem ex bona fide præstare oportet.

P. d. l. quæro § inter l. 3. C. eod. Q. l. ex conducto § 1. h. habitatores 27. D. eod. R. l. sed addes 19 § si quis dolia. h. ff.

Corollaria

## Corollaria.

I.

*An scriptura sit substantiale requisitum contractus Emphyteutici, adeo, ut sine ea subsistere nequeat?*

Vide Myns. in § adeo n. 26 Inst. h. tt. n. lul. Clar. in § emphyteusis q. 4 Vig. Iur. controv. lib. 5. c. 7. reg. 6.

II.

*An finita Emphyteusi possit emphyteuta repetere à domino impensas, quibus res melior fuit effecta?*

Bl. in l. 1. C. iur. emph. Cost. in l. colonus 6. D. locat. Franc. Sarm. lib. 3. select. interp. c. 4.

III.

*An re devoluta ob finitam generationem, dominus teneatur renovare emphyteusin proximioribus, vel potius possit concedere, cui velit?*

Vide eleg. Franc. Sarm. d. lib. 3. select. interpret. c. 7.

F I N I S.



ULB Halle  
003 254 984




3

Sb.

WDA








5094.

1592

2



D. SPVTATIO XXIII.  
EX TIT. XXV. LIB. III. IN-  
STIT. LAVDATISS. IMP.  
IVST.  
DE  
LOCATIONE, CON-  
DUCTIONE, ET

EMPHYTEUSI.  
ad quam

D. A. G.

Præside

DN. HIEREMIA SETZERO

Respondebat

SALOMON VVEYMAN.



1.5.

92.

Francofurti Typis Scuirianis.